

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia be
cum fonte primo

Auarus largus in alieno sed parcus in proprio;
gulam euacuat ut archam adimpleat,
corpus extenuat ut lucrum extendat;
manum habet ad dandum collectam,
sed ad recipiendum porrectam,
ad dandum clausam,
sed ad recipiendum apertam.

Habet enim auarus damnacionem uite
que nunc est et future.

Innocencius ibidem (de uilitate condicionis
humane).

Largus in alieno, set auarus in proprio.
Gulam euacuat ut archam adimpleat;
corpus extenuat ut lucrum extendat.
“Manum habet ad dandum collectam,
set ad accipiendum porrectam”;
ad dandum clausam,
set ad recipiendum apertam.

Porro “substancie iniustorum
sicut fluvius siccabuntur,”
quia qui male congregat cito dispergit.
Iustum iudicium ut que de malo proveniunt
ad malum perveniant,
nec accedat ad bonum
quod non procedit ex bono.

Auarus ergo habet dampnacionem uite
que nunc est et future.

Innocentius III, *De miseria condicionis
humane*, 2.16 (R.E. Lewis ed., p.165, ll.6-16).